



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

30. Monachus negotia ciuilia vel ecclesiastica tractare non potest, nisi
Episcopo præcipiente, & necessitate virgente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

cores commissarios dant atq; decernunt, con-
sequenter videamus.

Qui dari, creari atq; decerni possunt? quos
facile cognoscemus, si specialiter enumeraue-
rimus, qui fieri nequeunt, quoniam & pauci
omnes sunt. Cognito enim vno ex contrarijs,
reliquum per se facile noscitur, vt l. 1. & 2. ff.
de his, qui sunt sui vel alie. iur. & institut. de
tutel. §. 1.

† Prohibetur enim primò monachus ex te- 29
stamento laici: quia nemo Deo militans, secu-
laribus negotijs est implicandus. extrà ne cler.
vel mod. ca. 1. cum sua rubri. 16. qd. 1. c. ec-
cles. & ca. de presentium, imo nec missas de-
bent publicè dicere: vt ead. qd. c. placuit.
Item, quia quodlibet negotium est eis interdi-
ctum, etiam abbate suadente, nisi monasterij
exposcat utilitas vt 16. questione 1. monachi.
extrà de postu. c. ex parte 12. questio. 2. c. non
dicatis. Item quia ad hoc pro mortuis haben-
tur. C. de episc. & cleric. c. Deo nobis. 2. quest.
8. ca. placuit. & cap. sequenti. † Deinde quia 30
actiones ecclesiasticas siue civiles monachi
tractare nequeunt, nisi episcopus id urgente
neces-

necessitate præcipiat: vt 16. questione prima qui verè, extra de syndico c. 1. Et hanc partem videtur tenere Spec. in S. nunc verò aliqua. ver. sepe etiam queritur. in fine quoniam monasterij utilitas hoc eis officium committi non videtur suadere, imò potius contrarium: vt l. 1. distin. c. prætereà 88. distin. c. inutile. de oblig. ad ratioci. c. vnico. ne cle. vel mona. c. 11.

31 † Quidam tenuere contrarium, maxime in relictis pijs atq; pro anima: quia talia potius ecclesiastica, quam mundana censentur, vt c. super quibusdam. in fin. de verb. signi. de testamentis c. relatum. de vita & hone. cleri. ca. 1. 86. distin. c. non satis 87. dist. per totum.

Item secundo, quia talia ex charitatis necessitate geruntur, merito permitti debent. 2. q. 7. c. sed aliud 21. q. 1. c. placet. in princip.

Et cum hac nonnulli transeunt distinguentes, vt dicta proximè in relictis pijs locum sibi vendicent: dicta verò per speculatorem, procedant non in pijs: per c. tua, de testa. & per c. Ioan. Frangepanem. vbi quidam de ordine predicatorum datus fuerat executor.

Sed Speculator diceret, quod decretalis, tua
loquitur